





1786, 2 7

FACULTATIS IURIDICAE  
DECANVS  
FRANCISCVS MAVRI-  
TIVS BACHMANN,  
ICTVS,

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTO-  
RIS MOGVNTINI CONSILIARIVS REGIMINIS ACTVA-  
LIS, PRAEDICTAE FACVLTATIS ADSESSOR, IVRIS PV-  
BLICI TAM ECCLESIASTICI QVAM POLITICI  
PROFESS. PVBL. ORDIN.

SOLEMNIA INAVGVRALIA

ADMODVM REVERENDI, EXIMII, AC DOCTISSIMI IVRIS  
VTRIVSQVE DOCTORANDI

D. PETRI FRANCISCI AGRICOLA,

SS. THEOL. DOCTORIS, EIVSDEMQUE FACVLT. ADS., AD B. V. M.

CANON. CAPITVL., SAC. CANONVM PROFESS. P. O.

ET ERFORD. ELECT. AC. SOCII,

DIE XXX. MART. MDCCLXXXVI.

LOC. CONS.

PERAGENDA INDICIT,

SIMVLQVE

DE FORMA IMPERII ROM. GERMANICI EX IVRE

PVBLYCO NONNVLLA

PRAEMITTIT.

---

ERFORDIAE,

LIVRIS HENRICI RVDOLPHI NONNII, ACAB. A TYTIS.

SOLEMNIA INVOCATIO  
DEUS PATRI ET FILIO  
ET SPIRITUI SANCTO  
IN UNUM  
CREDIDIMUS  
QUI DEUS ET RATIONIS  
LUMEN  
ET VERITAS  
QUI PER  
CHRISTUM  
FILIIUM SUUM UNIGENITUM  
VERBUM  
CARNEM FACTUM  
ET IN  
MUNDUM  
VENISSE  
QUI SEIPSUM  
PRO NOBIS  
IMMOLAVIT  
ET REDIMENDUM  
SACRAMENTUM  
NOBIS  
RESTITUIT  
QUI IN  
CAELIS  
SEDENS  
CONSERVAT  
NOBIS  
IN UNITATE  
SANCTAE  
TRINITATIS  
ET  
COMMUNIONE  
SANCTAE  
CATHOLICAE  
APOSTOLICAE  
ECCLIAE  
COMMUNIONEM  
PERPETUAM  
ET  
PERPETUAM  
MEMORIAM  
NOBIS  
SERVARE  
ET  
PERPETUAM  
MEMORIAM  
NOBIS  
SERVARE  
ET  
PERPETUAM  
MEMORIAM  
NOBIS  
SERVARE





§. I,



Aliam esse Maiestatis, aliam superioritatis territorialis ideam, nemo est, qui ignoret, si vel limina iuris publici germanici salutauerit. Maiestas autem mox *grammaticæ*, h. e. pro titulo, \*) mox *technicæ* spectatur, & tum quidem aut *subjectivæ*, vt dicunt, h. e. pro subiecto, cui Maiestas competit, aut *obiectivæ*, h. e. pro complexu iurium, quæ vi imperii in ciuitate Maiestati insunt, accipitur. De vltima acceptione hic esse sermonem, per se patet.

a

\*) De



\*) Deſſ. Maieſtatis titulo præ aliis erudite commentatus eſt  
Frid. Carol. Moſer in kleinen Schriften T. VI. p. 30. ſqq.

§. II.

Ciuitas ſecundum iuris vniuerſalis principia denotat  
coniunctionem plurium hominum ſufficientiæ, tran-  
quillitatis ac ſecuritatis cauſa cum admiſſo communi imperio,  
quod nullum in terris ſuperiorem, niſi Deum & gladium,  
agnofcit. Securitas eſt ſtatus hominis, in quo liber eſt ab  
externis hoſtibus. Tranquillitas conſiſtit in ſtatu, in quo  
læſiones internæ exulant. Per ſufficientiam iſ hominis  
ſtatus intelligitur, in quo nullus rerum ad vitam commode  
agendam neceſſariarum defectus exiſtit.

\*) Referunt alii inter conſtitutiua ciuitatis coniunctionem  
plurium familiarum. Aſt immobili fundamento iſta opi-  
nio haud ſuperſtruitur; ad durationem enim ciuitatis uti-  
que quam plurimum conferret, ſi plures familiæ coniun-  
gantur; enimuero durationem ciuitatis ab eiſdem conſti-  
tutione probe ſecernamus oportet.

Conf. Petr. de Iekſtatt in diſſ. de imperio eminenti, auſtius  
edita, & a criticis anonymi cuiuſdam animaduerſionibus  
liberata. Ingolſt. 1766. §. 4. Schol. I.

§. III.

Ciuitas ſufficientiæ, tranquillitatis, & ſecuritatis cauſa  
conſtituitur. Ii itaque, qui in ciuitatem conſentiunt, id  
poſſimum intendunt, vt ſufficientia, tranquillitas & ſecu-  
ritas



ritas obtineatur. Id quod per societatem ceu medium intenditur, finis societatis vocatur. Finem ergo ciuitatis in sufficientia, tranquillitate & securitate quærendum esse liquet. Perfecta consecutio eorum, quæ per ciuitatem intenduntur, salutem ciuitatis definit; salus igitur ciuitatis in sufficientia vitæ, tranquilla rerum suarum fruiione & securitate ab externis hostibus consistit, & vel ideo finis ciuitatis recte nuncupatur.

## §. IV.

Imperium significatu generalissimo acceptum ius dirigendi actiones alterius ad certum finem obinendum indicat. Finis ciuitatis ipsa ciuitatis salute absoluitur; imperium itaque in ciuitate ius dirigendi actiones ciuium ad salutem ciuitatis obinendam definiri potest. Aliud imperium in ciuitate Germaniæ Imperatori, aliud in ciuitatis Germaniæ territoriis a) principibus aut dominis territorialibus competit. Iura, quæ vi imperii in ciuitate Germaniæ Imperatori competunt, *Maiestatem Imperatoris*, iura, quæ vi imperii in ciuitatis Germaniæ territoriis principibus aut dominis territorialibus competit, *Superioritatem territorialem* \*) efficiunt, quæ, licet Maiestatem æmula \*\*) dicatur, haud tamen vera Maiestatem \*\*\*). Sed potius illi, quæ Imperatori tribuitur, Maiestatem, & publicis in ciuitate Germaniæ legibus subordinata est; b) imperium igitur in ciuitate, & Maiestatem in genere non omnino inter se confundenda esse apparet.

a 2

a)



a) Per hæc intelliguntur ciuitatis Germaniæ prouinciæ, quæ singulæ non sunt ciuitates, simul autem sumtæ totam ciuitatem Germaniæ constituunt.

\*) De cuius origine conf. Dav. Ge. Strube T. IV. der Nordensstunden p. 1. seq. von dem Ursprunge der Landeshoheit in Deutschland. & T. VI. p. 225 — 513.

Christian Ernst Hanselmann diplomatischer Beweis, daß dem Hause Hohentlohe die Landeshoheit vor dem großen Interregno zugestanden. Nürnberg 1751.

Ejusd. weiter erläuterte und verteidigte Landeshoheit des Hauses Hohentlohe vor den Zeiten des sogenannten großen Interregni Nürnberg. 1757.

Strubens vernichtiger Beweis der Reichsstände völliger Landeshoheit vor dem sogenannten großen Interregno. Hannover. 1758.

Nomen superioritatis territorialis demum per pacem Westph. innotuit, illudque e Gallia in Germaniam transiisse contendit Gottl. Sam. Trever de origine nominis superioritatis territorialis e Gallia arcessenda. Helmst. 1732. Cæterum ad generales de Superioritate territoriali scriptores spectant Chph. Mingii Diss. de Superioritate territoriali eiusque iuribus affinis. Gieß. 1621. Nic. Chph. Lyncker de Superioritate territoriali. Jen. 1686. rec. Lips. 1730. Io. Nic. Hertius de Superioritate territoriali in opusc. T. I. Vol. 2. p. 183. seq. Auctor meditationum ad instrumentum Pacis Osnabr. in Mantiss. I. ad specimen IV. Io. Heumann de characteribus Superioritatis territorialis caute designandis. Alton. 1749. Bened. Schmidt in Diss. de notis characteristicis Superioritatis territorialis, oder von den ohnriätlichen Kennzeichen der Landeshoheit. Ingolst. 1772. Ioseph Lomberg in Diss. de Superioritate territoriali statuum Imperii. Bonn. 1776.

\*)



\*\*) conf. Frid. Hornius de ciur. L. 2. C. 7. §. 5. Vitriar.  
L. 3. T. 15. §. 6. 8.

\*\*) De differentia, quæ inter Maiestatem in imperio Romano-Germanico, alioque regno libero, & Superioritatem Principum imperii territorialem in suis ditionibus intercedit, legi meretur Vlr. Obrechti epistola ad regem Ludovicum XIV. Sur la distinction du droit de domaine supreme d'avec celui de la Superiorité territoriale in prodr. Alfat. inter probat. p. 175.

b) Non igitur arbitrario, & quod nullis circumscriptum sit limitibus, imperio in ciuitatis Germaniæ territoriis vtuntur territoriorum domini. conf. Gotrl. Sam. Treveri monstrum arbitrarii iuris territorialis a legibus imperii e Germania proffigatum, Francof. & Lips. 1739.

§. V.

Maieftas ab hodiernis iuris publici doctoribus modo non eodem definitur; in substantia quidem, paucis exceptis \*) omnes fere conueniunt. Totum igitur ab eo dependet, quanam inter plures definitiones sit clarior & adcurator. Optima mihi videtur, quod Maieftas in genere fit indivisibilis & independens omnium iurium vi imperii in ciuitate existentium complexus. \*\*) Iura, quorum ratio sufficiens in idea Maieftatis continetur, iura maieftatica \*\*\*) vocantur. Hæc in qualibet ciuitate, vel uni soli, vel collectioni plurium, & quidem vel solis optimaibus, vel omnibus ciuibus collectivè sumtis, conceduntur. In primo casu ciuitas *Monarchia*, in secundo *Polyarchia*, & hæc iterum vel *Aristocratia*, vel *Democratia* audit. *Monarchia*, in



in qua Maieſtatis exercitium ſingulari conuentione \*\*\*<sup>o</sup>)  
 haud circumſcriptum eſt, *abſoluta*, illa uero, in qua Maie-  
 ſtatis exercitium dicta ratione circumſcriptum eſt, *limitata*  
 dicitur.

\*) Grotius Lib. I. C. 3. §. 7. Maieſtatem deſcribit, quod  
 ſit poteſtas, cuius actus alterius iuri non ſubſunt, ira, ut  
 alterius uoluntatis humanae arbitrio irriſi poſſint reddi.  
 Si hoc ueritate niteretur, quiſque homo in ſtatu naturali  
 uiuens Maieſtate gauderet. De Maieſtatis diuiſione in  
 realem & perſonalem uid. Godofr. Erneſti Fritſchii ius  
 publicum vniuerſale §. 95 — 99. Vbi recte docetur, H.  
 Grotium per locum cit. Huius diuiſionis erroneae eſſe  
 auctorem, eſſi illam uerbis expreſſis non profeſſus ſit.  
 Conferri quoque poteſt Guilielm. Hieron. Bruckner in diſſ.  
 de Romani Imperatoris Maieſtate, praecipue reali & per-  
 ſonali. Jenæ 1706.

\*\*<sup>o</sup>) Maieſtas igitur Imperatoris qua talis in indiuiſibili & in-  
 dependente omnium iurium uel imperii in ciuitate Ger-  
 maniae exiſtentium complexu ſita eſt.

\*\*\*) De iuribus maieſtaticis imprimis conferri poſſunt Chri-  
 ſtoph. Georg. Jarchowii *Eintleitung zu der Lehre von Reſ-  
 gationen, oder maieſtätlichen Rechten eines Regenten. No-  
 ſtock und Wiemar 1757.* Carol. Henr. a Reamer in diſſ.  
 de iuribus Maieſtatis, eorumque ſpeciebus, Lipſ. 1785.  
 ubi etiam inuenies §. I. ſub lit. a) ſcriptorum, praeterim  
 prioris ſaeculi, qui hoc argumentum pertractarunt, nu-  
 merum chronologicè adornarum.

\*\*\*\*<sup>o</sup>) Duplici modo per conuentionem reſtringi poteſt Maie-  
 ſtatis, uel imperii in ciuitate exercitium: a) Si propoſi-  
 tiones

iones quædam, iuxta quas Imperans negotia publica expedire debeat, s. leges fundamentales stabiliantur, b) Si collegium quodpiam admittatur, cui facultas concurrendi ad deliberationem super negotiis publicis concessa est, quod alibi sub nomine Parlamenti, alibi Senatorum, alibi vero ordinum, procerum, siue statuum imperii conspicitur. conf. Petr. de Ickstatt in diss. alleg. de Imperio Eminent. §. 6. cor. 3.

## §. VI.

In ciuitate Germaniæ penes solum Imperatorem iure electionis residet Maiestas, \*) siue indiuisibilis & independens omnium iurium ad imperium in ciuitate spectantium complexus, ita, vt nullum excipiat in capitulatione \*\*) ius maiestaticum, \*\*\*) quod Imperatori vere haud competeret; ciuitas igitur Germaniæ *Monarchia* est; a) Maiestatis, quæ penes Imperatorem residet, exercitium per capitulationem, quæ peculiaris conuentio est, \*\*\*\*) circumscriptum est \*\*\*\*). Ciuitas itaque Germaniæ *Monarchia* limitata est. \*\*\*\*\*). Quam Deus summe prouidus cum debita semper, & quæ publicis ac fundamentalibus in ciuitate Germaniæ legibus exacte respondet, Superioritatis territorialis principum ad Maiestatem Imperatoris subordinatione ab hostium exterorum insultibus, & propriis inter principes ipsos discordiis, motibusque intestinis liberam in omne tempus conseruare velit.

\*) Primum enim omnium Maiestate gaudet Imperator, quam & Exteri ei, & ordines I, R, G, tribuunt, ipsi contra nec singu-



singuli, nec in comitiis congregati eam sibi unquam vindicantes. Ioan. Steph. Pütter in diss. de semisse comitiis. Götting, 1769. §. 3. & 5. Josua Joseph Riefels kritische Betrachtungen viert. Th. zweyt. Stück von der Kaiserlichen Majestät in Deutschland. Frankff. und Leipz. 1771. Seite 89. seq. Inter illos, qui immoderate ordinum Imperii libertati contra Imperatorem firmandam operam suam impenderunt, palmam hactenus facile tulisset author, qui sub larvato nomine Hippolyti a lapide delitescit, in libello, cui titulus: *De ratione Status Imperii Romano-Germanici*, sed conviciis ac liuore erga Maiestatem Imperatoris plane indomito eum longe superavit Anonymus in libello, quem inscripsit: *Hypotiti a lapide Ubriss der Staatsverfassung, Staatsverhältniß, und Bedürfniß des römischen Reichs deutscher Nation, nebst einer Anzeige der Mittel zur Wiederherstellung der Grund-Einrichtung, und alten Freyheit nach dem bisherigen Versfall, aus Boqista Philipps von Chemnitz vollständiger lateinischer Ueberschrift, mit Anmerkungen, welche die gegenwärtige Umstände im Reich betreffen.* 1761. Ambos ex proposito refellit Ioan. Iacob. Ioseph. Sündermahler in diss. de liberrate ordinum Imperii vltra iustos limites non extendenda. Wirceb. 1763.

\*\*) Cuius origo probabilius a temporibus electionis Caroli V. Imperatoris est petenda; similem namque hodiernis capitulationibus, ac in certa capita redactam cum recens electo Imperatore conuentionem antiquior ætas haud vidit; cum enim defuncto Maximiliano tam Carolus Hispaniæ, quam Franciscus Galliæ reges diadema Imperii ambi-

ambirent, ipsique Electores, utri deferendi essent Imperii fasces? dubii haerent, ac eorum pars in Carolum, pars in Franciscum inclinaret, pars e Germania Principibus unum, utroque illo praerito, legendum censeret, tandem Electoris Saxoniae Friderici, cognomine Sapientis, consilium, quo reliquis collegis auctor fuit, omnibus praerendum Carolum, prius tamen, ut in tuto sit Germania libertas, utque pericula, quantum provideri possit, caueantur, quasdam illi conditiones ponendas esse, ab uniuerso collegio approbatum, ac ideo condiciones illas certis articulis complecti, altisque Caroli spiritibus, quos eiusdem symbolum: *plus ultra*. Satis arguere videbatur, meram praescribere, ac immanem illius, qua per Hispaniam Indiamque occidentalem pollebat, vim iuratis pactis temperare decretum fuit. Ab his itaque temporibus mos ille cum Imperatore recens electo solemniter paciscendi continuatus fuit, ita, ut nouissima semper formula pro norma perficienda capitulationis adhiberetur, conf. Ioan. Jac. Ioseph. Sündermahler in diss. de iure capitulandi inter S. R. I. Electores & Principes contouerso. Winceb. 1747 C. I. §. 8 9. Ioan. Mich. Dahm in diss. de praerogativa S. R. I. Electorum in praescribenda Imperatori capitulatione. Mogunt. 1747. §. 17.

\*\*\*) Scio quidem, multos ridere distinctionem inter ius & exercitium iuris, & saepe disputationes eiusmodi in Logomachias abire, in re convenire omnes; interim distinctio inter ius, & exercitium iuris non est plane ridicula; potest enim quis habere iurisdictionem criminalem, ius lignandi, piscandi &c. & tamen exercitium eius variis modis a Principe limitari. Sic quoque penes solum Imperatorem

b

exi-



existunt omnia iura maiestatica, sed quoad modum exercendi plura eorum sunt limitibus circumscripta; unde distinctio iurium maiestaticorum orta est in iura maiestatica comitialia, & reseruata. *Comitialia* sunt, quae Imperator haud aliter, quam in Comitiiis Imperii exercet. V. C. ius ferendi leges pro toto Imperio, latas authentice interpretandi &c. I. P. O. art. 8. §. 2. *Reseruata* sunt, quae Imperator vi Maiestatis extra Comitii Imperii exercet, v. c. ius concedendi priuilegia, conferendi dignitates &c de quibus conf. Io. Jacob. Moser in diss. de potestate Imperatoris circa concessionem priuilegiorum, Tubing. 1720. Io. Theoph. Seger in diss. de iure conferendi dignitates in Imperio Romano Germanico. Lips. 1773. add. Helf. Nic. Gartner in diss. de Imperatore reseruatorum suorum iudice ac executore, Ien. 1732.

- a) il faudroit, (dicit author de la dissertation sur la forme du Gouvernement de l'empire p. 571. dans le droit public germanique. Amsterd. 1749.) un gros volume pour rapporter toutes les opinions, les raisonnemens metaphysiques, les distinctions subtiles des publicistes sur la forme de l'empire. Je diuise ces partis en quatre classes; la premiere est composee de ceux, qui croyent, que l'empire est une pure republique aristocratique; la seconde de ceux, qui disent purement, & simplement, que c'est une Monarchie; la troisieme de ceux, qui soutiennent, que c'est une Monarchie limitee; & la quatrieme de ceux, qui pretendent, que c'est un Gouvernement mixte, c'est à dir, partie Monarchique, partie Aristocratique, à quoi on peut ajouter un petit corps de troupes legers compose de ceux, qui disent, que c'est un Gouvernement monstrueux;

struere; qui n'est rien de tout, ce que les autres font, & dont on ne peut donner qu'une définition negative, c'est à dir, qu'il est plus aisé de dire, ce qu'il n'est pas, que de définir, ce qu'il est. Ast suam hic author de Germaniæ forma haud declaravit mentem.

\*\*\*\*) Io. Iacob Mascovius in princ. iur. publ. I. R. G. L. I. C. 4. §. 1. capitulationem definit, quod sit pactum inter Imperatorem, vel Regem Romanorum, & Electores, quo ille statim, peracta electione, ante coronationis solennia, ad certum administrandi Imperii modum, iure iurando se adstringit.

\*\*\*\*\*) Maiestati tamen Imperatoris omnia censentur relicta, quæ non excepta sunt in capitulationibus, sicque exceptio firmat regulam in non exceptis; regula autem Maiestatis est, habere summam potestatem, quod ansam præbuit, ut capitulationibus succedente tempore plura adderentur. Iac. Bernh. Mulz. in repræsent. Mai. Imper. P. 1. C. 12. §. 2. Quare sicut pro antiquo Statu est præsumtio, nisi mutatio facta doceatur, ita hic pro iuribus monarchicis, donec communicatio in Optimares possit ostendi. Kulpis. ad Monzamb. P. 2. C. 5. §. 27. Titius in spec. iur. publ. L. 5. C. 3. §. 8. & nouissime Kistungs Abhandlung über die Gränzlinien der Kaiserlichen Reichsräten und Comitatsrechte, darinn Herrn Schnauberts in Gießen Aussetzung des VIII. Art. §. 2. des Westphälischen Friedens besprochen wird. Wien 1784. §. 8.

\*\*\*\*\*) Cum enim ab antiquissimis temporibus fuerit indubitata Germaniæ Monarchia, nec illam vnquam abolitam  
b 2  
fuisse,



fuisse doceri possit, sed solum ea successiue magis magisque limitata sit, naturali plane modo consequitur, hodiernam Imperii nostri formam esse Monarchiam limitatam, cuius rei argumentum ex professo excussit Damian. Ferdin. Haas in diff. de Monarchia S. R. I. limitata, contra Hippolytum a Lapide Sever. Monzamb. aliosque recentiores ex historia, legibus Imperii, earumque analogia asserta. Gieß 1750. & in forma tractatus ex edit. secund. longe auctiori. Francof. & Lips. 1752.

Pluribus illustre hoc iuris publici germanici argumentum pertractare, vel ideo iam non vacat, quia

ADMODVM REVERENDVS, EXIMIVS, AC DOCTISSIMVS

D O M I N V S

PETRVS FRANCISCVS AGRICOLA,

SS. THEOL. DOCTOR, EIVSDEMQUE FACVLT. ADSESS. AD E. V. M. CAM.  
CAPIT. ET, SS. CANON. PROF. PVBL. ORD.

Cathedram inauguralem conscendere modo festinat, qui vite suae maxima cum laude haecenus peractae curriculum more maiorum publice recensendum Facultati nostrae verbis a seipso conceptus ita exhibuit:



*Natus sum Neovilla haud procul Duderstadio 1749. parentibus Petro Gregorio Agricola, & Catharina Elisabetha, nata Weinrich. Positis Nörthenae potissimum ex ore Josephi Mecke Sacerdotis, & Petri Francisci Große (erat is patris mei frater uterinus North. Coll. Decanus) principiis, Duderstadii scholas clericorum secularium frequentavi; & Philosophiam in Athenaeo Heiligenstadiano colui. Postea operam dedi disciplinis Ecclesiasticis. Sacerdotii ordine in Archiepiscopali Seminario Moguntiae suscepto Duderstadii Rhetoricen docui, operamque in Paroecia subsidiariam tuli. Curam pastorem etiam Cattingae Hanoveraeque gessi. Ab anno 1783. ex denominatione Eminentissimi ac Celsissimi Archiepiscopi & Principis Electoris Moguntini &c. FRIEDERICI CAROLI IOSEPHI, Domini nostri Clementissimi, Canonicum Professorem Erfordiae ago.*

Cum igitur noster Doctorali iurium dignitate a nobis inuestiri modeste petierit, quin ipsum voti sui compotem redderemus, nulla nobis obstitit ratio; admissus enim ad ea, quae iurium Candidatis subeunda sunt, Doctrinae specimina, textus ex utroque iure sibi communicatos non solum erudite enucleavit, sed etiam ad quaestiones in examine rigorose propositas adeo solide respondit, ut nullum nobis superesset dubium, quin ad summos in utroque iure honores cum laude admitti posset. Proinde futuro die Iouis lectionem, quam vocant, cursoriam ad L. 1. ff. de iureiurando habebit. eaque absoluta

POSITIONES IVR. VTR. SELECTAS



ex superiore cathedra defendet, quem actum vt reuerendissimus & perillustis D. Procancellarius, Magnificus & consultissimus Academiae nostrae Rector, perillustres ac generosi D. D. Barones, Vniuersitatis Proceres, ac Ciues academici omnes, vt splendidissima praesentia ornare velint, pro ratione officii mei opto, rogoque. Publicatum sub Sigillo Facultatis Iuridicae die XXVI. Mart. MDCCLXXXVI.



Erfurt, Diss., 1783-1801 I

X 2386945





1786, 2

7

FACVLTATIS IVRIDICAE

DECANVS

FRANCISCVS MAVRI-  
TIVS BACHMANN,  
IC<sup>TVS</sup>,

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTO-  
RIS MOGVNTINI CONSILIARIVS REGIMINIS ACTVA-  
LIS, PRAEDICTAE FACVLTATIS ADSESSOR, IVRIS PV-  
BLICI TAM ECCLESIASTICI QVAM POLITICI  
PROFESS. PVBL. ORDIN.

SOLEMNIA INAVGVRALIA

ADMØDV M REVERENDI, EXIMII, AC DOCTISSIMI IVRIS  
VTRIVSQVE DOCTORANDI

D. PETRI FRANCISCI AGRICOLA,

SS. THEOL. DOCTORIS, EIVSDEMQUE FACVLT. ADS., AD B. V. M.  
CANON. CAPITVL., SAC. CANONVM PROFESS. P. O.

ET ERFORD. ELECT. AC SOCII,  
DIE XXX. MART. MDCCLXXXVL  
LOC. CONS.

PERAGENDA INDICIT,

SIMVLQVE

DE FORMA IMPERII ROM. GERMANICI EX IVRE  
PVBLICO NONNVLLA

PRAEMITTIT,

ERFORDIAE,

LIT. HENRICI RVDOLPHI NONNII, ACAD. A TYTIS.